

C. CORNELII

TACITI
OPERA

QVAE EXSTANT.

IUSTVS LIPSIVS postremùm recensuit.

Additi COMMENTARII aucti emendatique ab ultimâ manu.

Accessit C. VELLEIVS PATERCVLVS
cum eiusdem LIPSI auctioribus NOTIS.



ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

M. DC. VII.

Cum Privilegijs Caesareo & duorum Regum.

SERENISS^{MO} ET POTENTISS^{MO}

A L B E R T O

A R C H I D U C I A V S T R I A E ,

B V R G V N D I Æ D U C I ,

P R I N C I P I A C D O M I N O B E L G A R V M .



VPREMAE industriae & vltimæ tandem curæ CORNELIVM suum SER^{ME}, inter viuos adhuc LIPSIVS tuus, vti dare cœperat, ita voto pariter ac voce SERENITATI TVAE consecrabat. meritissimò. MAXIMO ET OPT. SVO PRINCIPI, magnum, æternúmque auctorem. Talem enim omnes hunc iudicant, & quem solum Maiestati suæ parem Romana vetustas habuit; quem omnia proculcantium barbarorum adhuc mitis sæuities, ideò pænè seruassee videtur, vt quantum bonum tot supra nos sæculis negauerit, æmulâ apud posteros testatione profiteretur. Nec alia profectò quàm se vrgentis fati inuidia, lacerum, ægrum, inualidúmque TACITVM protulisset, & nulli magis rei quàm medicinæ obnoxium; vt dum multis simul remediis interficeretur, adiuuantium iniuriâ periisse potiùs, quàm tenebrarum exitio existimaretur. Parum itaque interfuisset, hunc Historicum principem postliminiâ natiuitate in lucem non prodiisse, aut LIPSIVM non vixisse, cùm

A. C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU DIVI AVGVSTI

ANNALIVM LIBER PRIMVS.

BREVIARIVM LIBRI.

AVGVSTVS Nale mortem obit. Tiberius succedit, tarde & cupidinem dissimulans. Pannonicas legiones tres gratis seditio incessit. ea, misso Druso Tib. F. egregie componitur. Idem in Germania inferiore motus: qui concessit, non sine sanguine & caede. Germanicus Cæsar in hostem ducit: eaque expeditione Marsi, Tubantes, Bructeri, Vsipectes vastati aut caesi. Julia Augusta F. Robergii vitam finit. Sodales in honorem Augusti, & ludæ Augustalia instituit. Germanicus iterum Rhenum transmittit, in Chattos ducit. agros, domos, homines, vastat, urit, caedit. Segetes obsidione Arminij liberatur. Ob hæc Imperator consalutatatur. Bellum deinde in Cheroscos gestum, reliquia Vari & militum lecta: usq; suprema soluta. Romani in reditu sub Cæcinâ diuæ, periclitati, tamē hostes prosperâ eruptione fusi, fugati. Maestatis lex rediucta & asperè exercita. Tiberis inundat. Theatralis tumultus est: & per eam causam decreta Patrum expressa ad coercendos histriones. Postremò actum de subducendis Tiberi aquis. eoh; nomine querela ciuitatum Italiae & legationes. Hac biennio ferè gesta, SEX. POMPEIO, ET SEX. APVLEIO COSS. NERONE CLAVDIO DRUSO CAESARE, ET C. NORBANO COSS.

VRBEM ROMAM à principio reges habuere. Libertatem, & Consulatum L. Brutus instituit. Dictatura ad tempus sumebantur: neque Decemviralis potestas ultra biennium, neque Tribunorum militum consulare ius diu valuit. Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. & Pompeij Crassique potentia, citò in Cæsarem; Lepidi, atque Antonij arma, in Augustum celsere. qui cuncta discordiis ciuilibus

COMMENTARIVS.

CORNELII CORNELII TACITI.] Id verum huic scriptori prænomen adferunt. Sidorius lib. 17. ad Polemonem epistola: Caius Tacitus è maioribus vnus tuus. Vlpianorum temporum consularis. Et ad Leonem: Namque & antiquitùs cum Caius Cornelius Tacitus Cæio Plinio Secundo paria suafisset. Sed & epigraphæ Farnesiani libri, C. Cornelij Taciti Romanas historias scribentis ex his qui reperiuntur liber primus. Publium prænomen quod in libris tris, à casu aut à vultu est. Miles autem in ipso aditu testari placet. Odi profanum vulgus & arceo.

2. ANNALIVM LIBER.] Bend Ebenanus, qui hanc inscriptionem adferit, etiam contra libros. In quibus plerisque est, Actorum diurnalium, vel, ut in Veneto, Actorum diurnalium. Qui tamen titulus non accepto referendus alicui imperito. Vnde enim illi in mentem fuissent Acta, vel Diurna: sed nequam antiquioris aui, qui Taciti Annales non

ineptissime comparauit cum Actis vrbis. Quæ tamen refellit ipse Tacitus libro XIII. Nerone II. L. Pisone Coss. pauca memoriâ digna cuenere, nisi cui lubeat laudandis fundamentis & trabibus volumina implere: cum ex dignitate Populi Rom. repertum sit, res illustres Annalibus, talia diurnis vrbis Actis mandare. Sibi: Nemo Annales nostros cum scripturâ eorum contendere. Itaque: Ni destinatum mihi foret finem quæque in annum referre. Etiam Iordanes in rebus Gothicis, Cornelium hunc citat, Annalium scriptorem.

3. DICTATURAE AD TEMPVS.] Quæ diurnas primò Sulla fecit, Cæsar perpetuæ. Et hic gradus ad Principatum: quò Præfatio ista ducit.

4. VLTIA BIENNIVM.] Ita accipio, quasi dicat, haud multo ultra biennium. Nam ex aliâ si putas, reuerà ultra biennium Decemviri imperium tenuere. Lium & Fallos vide. Nec tamen Vertranis adsentior, ultra triennium, sufficienti.

IUSTI LIPSI

AD

C. CORNELII TACITI

ANNALIVM LIBRVM I.

EXCVRSVS.

A.

PAGINA

7.



GNIS originem nescio: nisi quodd antiquum video, et à tempo-
 ribus Antoninorum. Herodianus sane in Commodo statim memi-
 nit, ut rei vulgata, ubi de Lucilla sorore eius: *κἀν ἡμεῖς μόντι τῆ
 ἡ Κόμωδ' ὅτι ἐπιλαττε πινάξ τῆ ἀδελφῆ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῷ βασιλεῖω θύων
 ἡλθὺν ἐπ' ἑοῦ διαφαν, καὶ τὸ κ' ὑπερεπέμνηται ἑαυτῆς*: Nilulo fecius
 Commodus honores sorori suæ feruavit, nam & in thea-
 tris sellâ imperatoriâ sedebat, & ignis eam precedebat.
 Item de Marcia Commodi concubina: *ὡς δ' ἔσ' ἢ, inquit, ἀνὴρ γα-
 μωτῆς γυναικὸς, ἀλλὰ καὶ τῆ ὑπάρξου, ἑστὶν ὑβραστῆ, καὶ τὸ π' ἔστι*: que
 nihilo differebat à legitimâ vxore, sed omnia vt Augustæ

Prælatum ignis, Princel-
 patus insignem.

C **aderant, præter ignem.** Et de Pertinace: *κατεβῆν ἔπει τὸ σπυδῆμα ἐ βουλήν, ἔσ' τὸ ἑστῆ ἰδόντε
 ταυτῆς ἐργαστηρίου, ἡτί τ' ἀδὸ ἡπ' βασιλευδὸν οὐκ ἔλαρον τίς τ' ἔσ' ἀπ' θύων*: Venit in Senatum, ne-
 que ignem sibi passus præferri, neque aliud vllum principatus insigne attolli. Nec am-
 bigimus de more. Illud tamen mirum, his mirum, non alium è Grecis Latinisq̃ue exprimere tam
 insignitam rem, præter Herodianum. Non Dionem, non Capitolinum, Spartianum, Lamprid-
 ium, qui eadem scripserunt illi. Nec enim, quod sciam, meminerunt verbo. Quis tamen iste
 ignis? non è carbonibus aut ligno, nec qualis ille apud Horatium pruna batillus: Lampas tantum
 fuit. Rem adhuc ignotam doceo, firmoque ex M. Antonino in libris sue vita: *ὅτι δ' ἡμεῖς ἐστῆ,
 inquit, ἐπ' αὐτῆς βασιλεύσας πῶτι δ' οὐκ ἔλαρον τίς τ' ἔσ' ἀπ' θύων, καὶ τὸ π' ἔστι*
ταυτῆς ἑστῆ, καὶ τὸ π' ἔστι. Describit recensetq̃ue insignia omnia principatus, & posse, ait,
 cum qui in aulâ viuat, carere stipatoribus, carere veste insigni purpuraque. item lampa-
 dibus, & certis statuis, similiq̃ue luxu. Vt ergo in deorum cultu adhibita lucerne faceretq̃ue, vt
 docui in *Electis*; sic Imperatorum. Opinor autem Romam traductum morem è Persis. Illorum

Sententiam de
 eo more apud
 prælatos.

Quis ille
 ignis?

D **enim Regi prælatum ignis.** Xenophon lib. VIII. *καὶ τὸ π' ἔστι* & ἀρκεται τὸ ἑστῆ ἰδόντε
ταυτῆς ἑστῆ, καὶ τὸ π' ἔστι. Et post ignem illum secutus Cyrus. Imò & Asiaticis, si rectè capio Am-
 mianum lib. XXIII. Feruntque etiam, (si iustum est credi) ignem cælitus lapsum apud se
 sempiternis foculis custodiri. cuius portionem exiguam faustam præisse quondam
 Asiaticis regibus dicunt. Diadema autem primum Romanorum Principum usurpauit Au-
 relianus: vti in vita eius Visior. Esti alichi malè id refert ad Caligulam. Purpuram quis pri-
 mus sinaxerit, adhuc quero.

Cap. III.
 lib. I.

Diademam
 quis primum
 vlt.

B.

PAG. 10.

C VM Antonius vellet se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuis subscribi:
 occurrerunt venienti eî Athenienses cum coniugibus ac liberis, & Dionysum
 saluta-

IUSTI LIPSI
DISPVNCTIO
NOTARVM
MIRANDVLANI CODICIS
AD
CORN. TACITVM.

Editio secunda.



ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

M. DC. VII.

ILL^{MO} ET EXCELL^{MO}
PRINCIP I

CAROLO

DUCI CROHO ET ARSCHOTANO,
PRINCIP I S. IMPERII,
EQVITI AVREI VELLERIS.



HT hunc libellum, ILLVSTRIS^{SIME}
PRINCEPS, audeo ad te mittere? au-
debo. non quia ipse magnitudine tuâ
dignus, sed quia Tacitus, cui labor hic
facit. Homo ab Italiâ proteruus me
petiuit, imò per meum latus ipsum
Tacitum: scriptorem illum, vobis Principibus proprium,
& velut consecratum. Iniuriâ affecit deprauando: vin-
dicem iterum me sensit: vt ego te, contra id genus petu-
lantes, animo rogo ILLVSTRIS^{SIME} PRINCEPS.
Enimuerò ille nugas suas (iudicio, non affectu, sic appel-
lo) viro Principi inscribere ausus est: ego verear iustissi-
mam meam, & publicè profuturam, Defensionem? In-
scribo, te Patronum operi & auctori adopto, Herculem
in eiusmodi monstra. Louanij, viii. Kal. Iulias, ∞. 1602.

EX^{TRA} TVAE

perpetuus cliens

IUSTVS LIPSIVS.

AA 2

AD

IUSTI LIPSI
 DISPUNCTIO NOTARVM
 MIRANDVLANI CODICIS
 A D
 CORN. TACITVM.



VIDIMVS librum, siue libellum tuum, Luci, auidè (fatebor hoc) exspectatum. Titulus inducebat, NOTÆ IN CORN. TACITVM E MANVSRIPTO CODICE MIRANDVLANO. Amamus, vt scis, auctorem illum, benè ei fecimus: & amamus hoc quoque, vt alij: eoque, vt dixi, auidè exspectabamus. Quid autem nisi mira, è *Mirandulano codice*; magna à *civie Romano*? sed fefellisti nos, vt rem dicam, & verbo veteri, *Theſaurus cineres fuere*. Tria tu attulisti tantum, Fraudem, Liuorem, Inscitiam: & substringe aurem breuiter hoc ac liberè docturo. Siquid non ad gratiam aut gustulum tuum erit, sustine & tolera: vel Euripide monente,

* ——— ἐπεὶ τὰ μὴ καλά
 Πράσσειν ἐρήμας, τλήθηεν τὰ μὴ φίλα.

* quoniam non bona Præterit et aufer, non amica manu ferat.



Præfatione tuâ ordiar: id est, calumniarum & conuiciorum campo. Primò vniuersè in Criticos:

„ *Ita planè est, vt Titianus noster dicebat, immans paucorum, qui se Criticos dicunt, licentiâ eò ventum, vt si Latina lingua auctores reduces audire daretur, quæ verè sunt sua, ad eò pro cuiuslibet libidine mutilata, sublata, mutata, addita inuenturos, vt nullâ ratione pro suis agnitiui sint.*

Censoria tua verba! quibus nos tamen in parte subfignamus. Quis magis aut sapiens conquestus est de temeritate siue calore quorundam, qui Criticos se dicunt? Sed dicunt, ô Luci:

* Οἱ πολλοὶ δὲ τε πολλὰ ὑπὲρ ἀεγῶν ἠσπύου
 Φατῶσιν, ἰδὲς τε πάντες ὀϊαίσιμα.

* Sicut multæ quidem mures sub clari lunæ solis, Non tamen auspiciæ esse obstat.

nec tu ille es inter auspicales. Legitimi autem Critici, mihi crede, sol & fal sunt litterarum. Neque mel ideò insuaue, quia agris sic videtur; nec isti in-

C. VELLEIVS

PATERCVLVVS

CVM

ANIMADVERSIONIBVS

IUSTI LIPSI,

Quas postremùm auxit & emendauit.



ANTVERPIAE,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Ioannem Moretum.

M. DC. VII.

Cum Priuilegio Casarico & duorum Regum.

L I P S I V S

3

T H E O D O R O

L E E W I O V. C.

S. D.



N T E biennium, cum Velleium publicè legissem, visus sum multis digna luce dicere & cognitione etiam aliorum. Itaque hortati sunt vt colligerem, disponderem, ederem : quod feci, vt vides, in parte. Nam vt omnia quæ ad Historiam, Mores, Prudentiam, opportunè & vtiliter tunc diximus, adiungerem, visum non fuit: saltem illa, quæ nec prompta nimis aut obuia Lectori, & quæ ad medicinam potius Velleij facerent quàm ad splendorem. Non pauca enim nobis hic & alibi, post viros eruditos & serios, obseruata : quæ tegi aut perire (liberè dicam) non sit è re litterarum. Et de aliis quidem aliàs videro: nunc Velleium hunc Paterculum iuuentus à me habeat: scriptorem veterem, industrium, disertum; & addo etiam fidum, nisi quâ Tiberij aspectus obstat, & cum res tractat sui æui. Illic declinavit, fateor, & neglexit, quæ Historiæ pes & caput est, Veritatem. Nos ignoscimus, in miserâ illâ & cõmuni temporum seruitute: nec Heluidios omnes nasci posse aut Thraseas satis scimus. Quem postremum quòd toties me hortaris vt edam, sustine. non faciam temerè in hoc æuo, nec debet magnanimus ille vir iterum perire à Calumniæ telo. Cuius aciem ita recenter sensimus, vt non iniuriâ abhorreamus à seriâ omni scriptione. Sed hac omitto. Tu, Vir Clarissime, Velleium accipe tibi inscriptum, monumentum & testem fidi arctique inter nos amoris: quem sola Virtus, Eruditio, Prudentia tua genuit, aluit, seruauit. Vale. III. Nonas Ianuar. ∞. ID. XCI.

C. VELLEII PATERCVLI HISTORIAE ROMANAE AD M. VINICIUM COS. LIBER PRIMVS.

*** 1. tempestate distractus à duce suo Nestore, Metapontum condidit. Teucer, non receptus à patre Telamone, ob segnitiam non vindicatæ scætris iniuriæ, 2. Cyprum appulsus, cognomine patriæ suæ Salamina constituit. Pyrrhus, Achillis filius, Epirum occupavit; 3. Philippus Ephyram in Thesprotiâ. at rex regum Agamemnon, tempestate in Cretam insulam reiectus, 4. tres ibi vrbes statuit, à patriæ nomine vnam, à victoriæ memoriâ, Mycenæ, Tegeam, Pergamum. idem mox, scelere patruelis fratris Ægisthi, hereditarium exercentis in eum odium, & facinore vxoris oppressus, occiditur. 5. regni potitur Ægisthus per annos vii. hunc Orestes, matremque, cum sociâ consiliorum omnium sorore Electrâ, virilis animi feminâ, obruncat. factû eius à dijs comprobatum, spatio vitæ, & felicitate imperij apparuit: quippe vixit annis xc. 6. regnavit lxx. qui se etiam à Pyrrho, Achillis filio, virtute vindicauit. nam quod pactæ eius, Menelai atque Helenæ filiz Hermiones nuptias occupauerat, Delphis eum interfecit. Per hæc tempora Lydus & Tyrrenus fratres cum regnarent in Lydiâ, sterilitate frugum compulsi, sortiti sunt, vter cum parte multitudinis patriâ decederet. fors Tyrrenum contigit. peruectus in Italiam, & loco, & incolis, & mari nobile ac perpetuum à se nomen

ANIMADVERSIONES.

1. **TEMPESTATE DISTRACTVS.]** Quid Græci Troiâ redeuntes passi sint aut fecerint, narratio fuit: qua opida condiderint, aut vbi fixerint sedes. De quo tamen propriè hoc inittim? Credo de Epió. quò

trahit me Instans lib. XXI. Metapontini in templo Minervæ ferramenta, quibus Epius, à quo conditi sunt, equum Troianum fabricauit, ostentant. Et facit Aristoteles in Admirandis: Εγγύς Μεταποντίου Αθηνάσι τινὲν ἄνθρωπον, ἔχον τὰ τῶν Επειῶν λέγουσιν ὄργανα ἀνακλιῖσαι, ἃ εἰς τὸν Δελφῶν ἱερὸν ἐκαυήσαν. Strabo simpliciter tamen dixit Pylios Metapontum condidisse: Stephanus aliq̄ Metabum nominarunt. de quo ipso quàm hac capere possis, non nego.

2. **CYPRUM APPVLSVS, COGNOMINE (scribo COGNOMINEM) PATRIÆ SVÆ SALAMINA.]** Apud Græcos Latinosq̄ passim hæc historia. Illud notâ non indignum, tempore Isocrati, Teucris genus ad hæc fuisse in Cypro regno. In Eusebiâ: Τεῦκερ δὲ, ἐπειδὴ Τετῶν συνέβηκεν, ἀπὸ τοῦ οὗτος ἐκ Κύπρου. Σαλαμῖνὰ ἐκ κατακλιῖσαι ὁμοίωμεν ἀκούσας τὸ φοβερὸν ἄνθρωπον ἀφ' οὗτος ἔσθι, καὶ τὸ ἄλλο τὸν βασιλεῖον κατέλασε: Teucer verò, postquam viâ cum aliis Troiam cepisset, veniens Cyprum, Salamina ibi condidit, cognominem veteri suæ patriæ,

& genus quod nunc ibi regni potitur, reliquit.

3. **PHILIPPVS EPHYRAM.]** Imò Phidippus, ex Homero: quod Aldus observavit. Corruptum idem nomen video in Diodori quinto Bibliothecæ, & Strabonis extremo nono. cuius (Strabonis dico) locum totum sic lego: Τρεῖς δὲ πόλεις ἐπέταξε τῆς Θεσπρωτίδος, Ἰσοπόρου Ἀντίφρου ἢ Φιδίππου ἡμῶν Θεσσαλοῦ τῶν Ηγεαλέων, ἐπειδὴ ἔβηκε, πόλις Θεσσαλοῦ τοῦ ἐαυτοῦ ἀροῦντος τὴν χεῖρα θρουιάσαι. Quæ corrupta aut mutila vsque adhuc lecta.

4. **TRES IBI VRBES STATVIT, A PATRIÆ NOMINE.]** In primogeniâ Rhemani editione (ea purissima, & sapè nobis dux ad meliora) oculâ addidit legas: statuit, duas à patriæ nomine. Vulgata sanè manca est. Sed quid hæc igitur sibi vult? Duplicem patriam fuisse Agamemnoni? de Mycenis fatcor, & clarum est: de Tegeâ, quæ in Arcadiâ, quid ea ad Agamemnonem, nondum legi. Nam Pergamum, sine, ut Plutarchus in Lycurgo appellat (Περγαμῖαν) certum est à vicis Pergamæ dictam.

5. **REGNI POTITVR ÆGISTHVS PER ANNOS VII.]** Homero de hoc ipso Odys. v. Ἐπὶ ἔτεσι δ' ἑπτάσιν ἐπέλυξε σὺν Μυκῆναι.

6. **REGNAVIT LXX.]** Valdè diffinit Eusebianum Chronicon: Mycenis post mortem Ægisthi Orestes regnavit annis xv. Credo fuisse lxx.

7. ANNO

L

Metapontum condita.

Salamina.

Ephyra.

Mycenæ. Tegea.

Pergamum. Rex Ægisthus.

Orestes.

Tyrreniades.

Tyrrenum Iulianum vocat.

Antiqua.

A N T V E R P I Æ,
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A,
A P V D I O A N N E M M O R E T V M,
M . D C . V I I .

